

## Band VI., Nr. 2032, Seite 423-424

*Heinrich von Hohenlohe vergleicht sich, zugleich im Namen seines derzeit in Geiselhaft befindlichen Bruders, hinsichtlich aller Zwistigkeiten mit den Brüdern des Deutschen Hauses in Mergentheim, verzichtet insbesondere auf seine Ansprüche an einen Eigenmann Woltz von Deubach genannt Mönch und überlässt den Brüdern einen Acker daselbst.*

Mergentheim, 1268. November 30.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Henricus de Hohenloch salutem in vero salutari. Tenore presentium declaramus, quod nos quibusdam questionibus et actionibus et controversis aliquibus, in quibus nobis competere iusticiam putabamus, fratres dictos de domo Theuthonica apud Mergentheim diversimode fatigantes tandem invenimus per mediatores viros prudentes et discretos, de quibus etiam quidam nostri milites ad discernendum et discutiendum de predictis intererant, prefatis fratribus iniurias et incommoda indebita irrogari, unde tractantibus inter nos mediatoribus antedictis ab eorum iniuriis et incommodis nos resipiscere et penitus abstinere rationabiliter exstitit diffinitum, quod et nos puro corde promisimus et statuimus pro nobis et fratre nostro et nostris heredibus hoc pactum perpetuo conservandum. Preterea quia specialis quedam dissensio inter nos orta fuerat de quodam Woltzone de Thybach dicto Monacho, diffinitum est, ut et nos et frater noster renunciemus omnino omni iuri, actioni et questionem, que nobis de predicto competere videbatur, et ecce hoc ipsum fecimus et facimus sub testimonio presentium litterarum. Insuper dedimus et damus agrum quendam in Tybach, de quo nobis vel cui nos dari iussimus predictus Woltzo annuatim unum maldrum tritici persolvebat, prefatis fratribus perpetuo libere possidendum, et si fuerit ab aliquo vel alicui occupatus, faciemus eum liberum et penitus absolutum, ut libere deserviat fratribus et a nullo circa eum penitus molestentur. Dedimus et damus eisdem fratribus quidquid iuris nunquam habuimus vel habemus in predicto Woltzone et omnibus bonis suis, et hoc ipsum a fratre nostro fieri procurabimus, cum a detentione sua, in qua nunc obses exstitit, fuerit absolutus. Fatemur etiam, quod omnem discordiam, actiones, questiones et malivolentiam, quibuscunque de causis inter nos huiusmodi suborta fuerant, omnino remisimus et eorum honorem et commodum libenti animo semper cupimus promovere, cum a nostris progenitoribus dicta domus in Mergentheim iniciata fuerit et cum honore fundata. Ceterum promisimus, quod fratre nostro a prefatis vinculis absoluto faciemus predicta, que nos fecimus, ipsum similiter facere et fratribus eadem diligentius observari, si vero illud renuerit, tenebimur intrare villam Mergentheim

## II

fideiussoria ratione, nunquam exituri ab ea, donec prefatum promissum et omnia, que fratribus in huiusmodi tractandis expediunt, compleantur. Si vero, quod absit, nos interim mori contigerit, antequam predicta omnia fratribus complerentur, posuimus eisdem fideiussorem Conradum de Thetelbach ad requisitionem eorum intraturum villam Mergentheim et nunquam exiturum ab ea, donec de prefatis omnibus a fratre nostro memoratis fratribus satisfiat per expletionem omnium predictorum. Protestamur etiam, quod si qua inter nos de quibuscunque hominibus vel negociis vel bonis vel actibus vel eventibus quibuscunque agitanda fuerant vel movenda, omnino remisimus et ab eorum vexatione semper tenebimur abstinere. Ad cuius rei robur presens scriptum dedimus nostro sigillo munitum. Testes sunt: frater Andreas de Hohenloch patruus noster, frater Ludwicus de Heimberg<sup>1</sup> et frater H. de Mosbach, frater K. de Crutheym, Conradus miles de Thetelbach, Arnoldus miles de Elpersheym, Ludewicus dictus advocatus et alii quam plures.

Actum apud Mergentheim, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXVIII., in die Andree apostoli.

—

Aus einem Kopialbuch der Deutschordenskommande Mergentheim aus dem 15. Jahrhundert, fol. 67.

---

<sup>1</sup>Ob *Heimberg* oder *Henneberg* zu lesen ist, bleibt unsicher, da die Hand eine Unterscheidung der Buchstaben bei Aufeinanderfolgen von *i m n* vielfach nicht zulässt. Allerdings fehlt für die Lesart *Henneberg* der sonstige Nachweis in der Gegend, wogegen ein Ludwig von Heimberg in den Jahren nach 1276 häufiger genannt wird. Es ist aber nicht eindeutig, auf welchen Platz sich dieses Heimberg bezieht: Vielleicht Unterheimbach, Bretzfeld, KÜN, Heimberg, Niederstetten, TBB, oder Heimbach, Michelfeld, SHA.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

H 14 Nr. 183, fol. 67

**Überlieferung und Textkritik:**

Im Kopialbuch der Deutschordenskommende Mergentheim (15. Jh.).  
Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 425 Nr.  
97.

**Editionen:**

KARL WELLER (HRSG.): Hohenlohisches Urkundenbuch, im Auftrag  
des Gesamthauses der Fürsten zu Hohenlohe, 3 Bde., Stuttgart 1899-  
1912, Bd. 1, S. 209, Nr. 310.

**Regesten:**

Beschreibung des Oberamts Mergentheim, hrsg. Von dem Königlichen  
statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1880 (Beschreibung  
des Königreichs Württemberg, 59). [ND Magstadt 1968], S. 516. UB  
Mosbach, S. 10, Nr. 15.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Mergentheim

**Ortsindex:**

Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)

Bad Mergentheim, TBB

Dettelbach, KT

Deubach Wohnplatz (3991)

Deubach, Lauda-Königshofen, TBB

Elpersheim Wohnplatz (3874)

#### IV

Elpersheim, Weikersheim, TBB  
Heimbach Aufgegangen (34053)  
Heimbach, aufgegr. in Michelfeld SHA  
Heimberg Wohnplatz (3832)  
Heimberg, Niederstetten, TBB  
Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W  
Krautheim Wohnplatz (2421)  
Krautheim, KÜN  
Mosbach Wohnplatz (6089)  
Mosbach, MOS  
Unterheimbach Wohnplatz (2361)  
Unterheimbach, Bretzfeld, KÜN